




T E P H A N V

Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lituaniae Russiae, Prussiae Masouiae Samogitiae Kiouiae Volhiniae Podlachiae Liuoniae et Princeps Transyluaniae. Significamus praesentibus literis nostris, quorum interest uniuersis et singulis praesentibus et futu
ris, harum noticiam habituris. Quod etsi omnium Regni nostri ordinum et statuum, atque omnium et singulorum Subditorum nostrorum, jura, Priuilegia, statuta, donationes, consuetudines, libertates, tam generalia tocius Regni, quam spe
cialia et priuata quoruuis statuum personarum et locorum generaliter et specialiter, nullis exceptis, a nobis iam confirmata sunt, ita ut esse videamus nihil, quod quisquam eo in genere a nobis praetermissum uere dicere, uel amplius quid a nobis require
re possit, tamen idem iterum repetere, atque quod generatim omnibus antea fecimus, hoc in specie quoque quibusdam facere non recusamus, propterea, cum supplicatum nobis esset nomine famatorum Proconsulis et Consulum Ciuitatis nrae Bid
gostien ut illius quoque Ciuitatis ac omnium et singulorum eiusdem Ciuium et singularum jura, immunitates, libertates praerogatiuas, decreta priuilegiaque et literas, tam publicas Ciuitatis, quam Ciuium ipsorum priuatas, per Serenissimos An
tecessores nros ipsis ac Ciuitati memoratae Bidgostien concessas, specialibus nris literis confirmaremus, existimauimus nihil nos ab officio nostro alienum facturos esse si supplicationi huic annueremus, et desiderio praefatorum
Ciuium satis faceremus, praesertim uero cum idem factum a praedecessoribus nostris fuisse accepimus, quorum uestigiis sicuti in reliquis rebus omnibus, ita in hac quoque parte insistendum nobis esse proposuimus, Itaque mo
tu proprio, et ex autoritate nostra Regia, assensuque Consiliariorum nostrorum nobiscum in praesenti Conuentu existentium, et ad latus nostrum assidentium, omnia Ciuitatis praedictae, priuilegia, jura, libertates literas, decre
ta, immunitates atque praerogatiuas ipsis Proconsuli, Consulibus ac toti Communitati memoratae Ciuitatis Bidgostien publice et priuatim quibusdam ex aliis per Serenissimos olim Poloniae Reges atque Duces, aliosque antece
sores nostros quoscunque iuste et legitime concessas, et in quorum usu et possessione hucusque extiterunt, nullis penitus exceptis quas hic pro specialiter et singillatim expressis habere uolumus, tam in genere quam in specie,
ita ut generalitas specialitati, et specialitas generalitati non deroget, ac in omnibus eorum punctis, articulis, conditionibus, et clausulis, approban ratifican et confirman duximus, prout approbamus, ratificamus
et confirmamus hisce lris nris, decernentes ea omnia et singula jura, priuilegia, libertates, decreta literas, et immunitates, atque praerogatiuas, tanquam a nobis ipsis fuissent data et concessa robur debite firmita
tis obtinere debere. In cuius rei fidem et testimonium praesentes manu nostra subscripsimus et Sigillum nostrum appendi iussimus. Datum Thorunii in Conuentu Regni generali Die Prima Mensis Decembris Anno
Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Sexto Regni uero nostri Anno primo. Praesentibus Rndis Magnificis, et Generosis, Stanislao Karnkowski Vladislauien et Pomeraniae, Petro Miskowski Ploczen
Petro Kostka Culmen, Petro Dunin Wolski [illegible] Praemislien et Regni Poloniae Cancellario Alberto Sobeinski de Slawoczyn Chelmensi Episcopis, Petro de Zborow Palatino et Generali Cracouien Kamenacensique
Capitaneo, Stanislao Comite a Gorka Posnanien, Pusnien Kolensique, Joanne Kostka de Stemberg Sandomirien, Mariemburgen, Puczensi Dirschouiensique, Joanne Chodkieuicz Comite in Sklow et Bichow Castellano Vilnen
terrarum Samogitiae Generali Capitaneo, Supremo Magni Ducatus Lituaniae marschalco administratore et Exercituum in Liuonia Duce, Kounensique et Potelensi, Casparo Zebrzidowski de Wiensborck Calisien Eustachio
Volouics Castellano Crocensi magni Ducatus Lituaniae Vicecancellario, Brzestensi, Kobrinensique, Joanne Sierakowski de Boguslawicze Lanciciensi, Joanne de Crotoszin Junivladislauien, Nicolao a Mielecz Podoliae
et Nouae Ciuitatis Korczin Grodecensique, Joanne Tello de Szczekarzowice, Lublinen, Pilsnensique, Andrea Comite in Tenczin Belzensi, et Hrubieszowien, Petro a Potulicze Plocensi, Stanislao Kriski de Drobnin
Masouiae Plocensique, Anzelmo Gostomski Rauen Palatinis, Joanne Comite a Tenczin, Voinicensi, Cubiculi nostri praefecto Lublinensi, Petro Gnierszinski Junivladislauien, Stanislao Herburth de Fulsztin
Leopolien. Samborien Drohobicensique, Georgio Zlienski, Ploczen et Zakroczimiensi, Joanne Dulski Chelmensi et Roszgen, Mathia Zalinski Gdanensi Tucholiensique, Andrea Comite a Gorka Miedzirzecen
Gneznen. Valcensique Castellanis, Andrea de Opalinicze Supremo Regni Marschalco ac Nakelensi, Joanne de Zamoiscze Vicecancellario Regni, Bielscen, Knissinensique, Hieronymo de Buzenin Thesaurario et
Regni Zuppario Cracouien, Brzeznicen, Korczerouien Capitaneis, Hieronimo a Rozrazow Secretario maiore Praeposito Plocensi, Stanislao Sudrowski Reffrendario Curiae, Cantore Gneznen, Cracouien, Plocensique
Joanne Borukowski praeposito Lanciciensi, Cracouien, Varschauiensique, Laurentio Goslicki Decano Kielcen, Cracouien, Vladislauien Sandomiriensique, Joanne Taborowski praeposito Sandomiriensi Cra
couiensique Canonicis, Secretariis nostris, et aliis quamplurimis Secretariis et aulicis nostris ad praemissa testibus fidedignis. Datum per manus Reuerendi Petri Dunin Wolsky Nominati Epi
scopi Praemisliensis et Regni Poloniae Cancellarii sincere nobis dilecti etc....

Stephanus Rex

Stefan Batory był koro
wany roku [illegible]
1575 w dniu 1 lut 1576
r.

fecit

Scriptum

Confirmatio om[n]i[u]m Privilegiorum A Serenissimo
Rege Stephano Omnium priviclorum
1576

Bydgoszcz

N. 23

Dypl. 463